



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Ioannis Cochläei De Actis Et Scriptis Martini Lvtheri Saxonis

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1565

Anno M. D. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29789

Anno M. D. XIX.

*Insolentia
Luth. post o-
bitum. Maxi-
miliani Imp.*

Sæterum currente iam ano Do-
mini M. D. XIX. Postequã
rebus humanis subtractus est
Maximilianus Cæsar: Princeps
sane & armis & pietate insignis
cepit Lutherus indies magis ac
magis insolescere. In aduersarios conuictis ac
criminationibus grauius inuehi. Summo Ponti-
fici maiori contemptu rebellare: adeo quidem
ferociter, vt etiam in epistola secunda ad Leo-
nem X. iactitet, quod Carolus Miltitius, nun-
cius Apostolicus, post Caietanum multo & va-
rio negotio cursans & recursans, nihilque omit-
tens, quod ad reparandum causę statum, quem
Caietanus temere & superbe turbauerat, perti-
neret, vix tandem etiam auxilio Illustrissimi,
Principis Friderici Electoris effecerit, vt semel
& iterum familiariter cū ipso loqueretur. Mira
profecto insolentia & superbia in Monacho nõ-
dũ excucullato, Qui cū reus ageretur apud sum-
mũ Pontificẽ, supremũ in terris Iudicem suum,
propter reproba & heretica dogmata, atque et-
tiã propter turbatã Ecclesię pacẽ, læsamque Se-
dis Apostolicę autoritatẽ omni iure sacrosanctã
adeo, vt ipsemet Caietano priuatĩ scripserit, in
hęc verba. Reuerendissime in Christo Pater, fa-
teor, vt & alias fassus sum, me profecto ni-
mis indiseretum, vt ipsi dicunt, vehementem
& irreuerentem fuisse contra nomen Põtificis.
Et quamuis admodũ vehementer ad eiusmodi

*Reprehendit
seipsum Luth.*

irreuerentiam laceffitus fuerim, intelligo tamē
 nunc, quod decuisset me, modestius, humiliter,
 ac reuerentius istā materiam tractare, & non sic
 respondere stulto, vt fierem ei similis. Quod mi
 hi omnino synceriter dolet, veniam que peto. I-
 dem ipse tamen reus paulo post, nec absolutus
 nec procrastinatus, sed grauius accusatus, atque
 etiam per contumaciam in vrbe damnatus, tan-
 tæ fuit rebellionis & superbæ, vt perduellionis
 aut hostis coniurati potius & Imperatoris, quā
 rei aut Monachi, personam sibi vendicaret, nō
 petens amplius veniam vllius delicti: sed cucul-
 lam suam Infulæ summi Pontificis æquiparans
 immò præferens, tumidissime iactaret, Nun-
 cium Apostolicum: hominem nobilem, ex In-
 clyta Miltitiorum familia in terra Misnensi pro-
 creatum, multo labore cursitasse, ac vix tandem
 etiam Electoris Principis ope effecisse, vt semel
 ac iterū in familiare admissus fuerit colloquium
 propter turbatum à Caierano causæ statum,
 Quis vero Imperatorum, seu Græcorum seu
 Latinorum & Germanorum, vsque legitur tan-
 to fastu à Colloquio repulisse Nuncios Aposto-
 licos, quanto repulit (vt iactitat) Monachus iste
 cucullatus adhuc & reus, & qui nuper ante pau-
 cos dies, à Legato ad ipsum Dominum Aposto-
 licum appellauerat? iactitabat vltterius, in eo
 Colloquio se denuo celsisse nomini * Leonis
 X. quod fuerit paratus silere; acceptans etiam
 Iudicem vel Archiepiscopū Treuerensem, vel
 Episcopum Numbergensem, atque ita factum
 &

*Carolus à
 Miltitz.*

*Luth. vbi
 supra.*

* Pontificis.

& impetratum fuisse. Verum dum hæc spe bona
 agerentur, alterum & maiorem hostem Ponti-
 ficis irruisse Eckium cum disputatione Lipsica
 quam instituerat contra D. Carolstadium, ac pe-
 nitus hoc consilium pacis dissipasse. Tantis ita-
 tum videbatur sibi Lutherus, ut grandis mune-
 neris aut beneficii loco haberet, sibi que acce-
 ptum referri velit, tanquam donum aliquod
 amplissimum, si Pontifici & nunciis eius pacem
 daret & sileret. Cum vero D. Ioan. Eckius, vir
 planè doctissimus, cum Andrea Carolstadio Lip-
 sicæ ex pacto disputaturus, ad suas propositiones
 XII. illic disputandas, thema vnum de præroga-
 tiua & potestate Romanæ Ecclesiæ (cuius im-
 probissimus osor & vitiligator erat Lutherus)
 adiecisset, Lutherus sibi per hoc iniuriam fieri
 arbitratus (mox enim pro hoste habet vnum-
 quenque qui ab ipso dissentit) sese illi disputa-
 tioni vltro immiscebat nec rogatus nec prouo-
 catus. Erant eo tempore summi amici, quanti
 postea facti sunt inimici, Lutherus & Carolsta-
 dius: hic Archidiaconus Vuittenbergenfis: ille
 Ordinarius Theologiæ prælector: Vterque sibi
 plurimum fidens, atque cunctis in mundo eru-
 ditorem sese reputans, ex disputationibus famæ
 gloriam querebat: Eckio, Ordinario Theolo-
 giæ Professori Ingolstadiensis, qui Friburgi, Tu-
 bingæ, Ingolstadii, ac Viennæ, atque etiam Bo-
 noniæ celebre Disputatoris nomen cōsequutus
 fuerat, laudem illam ambo invidentes & præri-
 pere cupientes. Disputandi autem occasio sum-

*D. Ioannes
Eckius.*

*Andreas
Carolsta-
dius.*

*Lipſica Di-
ſputatio.*

praefuit ex Obeliſcis (hoc eſt, Annotationibus reprehendiſis) quibusdam, quos Eckius circa primas Lutheri de Indulgentiis propoſitiones appoſuerat priuatim, ab amico quodam quid ſuper iis ſentiret rogatus. Eam iniuriam vindicaturus Carolſtadius, ſcripſit in Eckium. Ille verò imperterritus ferocienti ferociter occurrit. Preſequebatur itaque libellorum velitationibus, quærebat concinnus pugnandi cæpus ac diſputandi locus tandem ex conuentione placuit vtrique parti Lipſia (vrbs & mercatu & Vniuerſitate inſignis quidem, ſed virtute ac integritate ſui principis, nempe Illuſtriſſ. Saxonix Ducis Georgii, adhuc multo inſignior) vbi ad certum Diem, vtriuſque conſenſu præfixū, diſputaturi conuenirent. Quamuis id vehementer diſpliceret Epilcopo Merſeburgenſi, vt loci Ordinario, atque Theologo Lipſenſibus, qui maluiffent talem diſputationem prohiberi atque omitti.

*Lutheri diſpu-
tatio & excu-
ſatio.*

Priusquam vero illuxiffet dies ille, amica quedam contentio erat inter duo illa luminaria Vuittenbergæ, quam etiam libellis æditis conteſtabantur, in magnum ſane Eckij contemptum: Dum Lutherus pro Carolſtadio congregi cuperet humilitatis gratia, tanquam Eckius dignus non foret, cum quo congregederetur tantæ dignitatis & eminentiæ, vir Archidiaconus Vuittenbergenſis. Carolſtadius vero illum ſibi depoſceret ad vindicandum ab Obeliſſis eius Lutherum, ſcribebat præterea Lectori Lutherus,

TUS,

rus, Eckii Sedis Apostolicę cōsecratorę, scriptu
rę patrūque verbis vti, velut Anaxagorę elemē
tis: vt iuxta Apostolū nō itelligat neque quid lo
quitur, neque de quib⁹ affirmat. Carolstadiū ve
ro, victorę Eckiani erroris iā dudū, vēturū esse
nō fugitiuū militē, sed mortuū illū & a se postra
tū Leonē, cū fiducia excepturū. Se vero in hacre
nō timere seu Papā seu nomē Papę, multo min⁹
pappos & puppas istas. Ad diē igitur præfixō,
qui erat xxvii. Iunii, magno apparatu Lipsiā ve
nerūt. Vuittebergēses, nō solū multos comites:
sed & libros subsidiarios secū afferētes, quasi Li
psię nō essēt libri, si quib⁹ opus foret. Ec Kius ve
rō, cui nō solū a latronibus & raptoribus, verū e
tiā a Lutheranorū in se frēdētū gladiis & insidiis
metuēdū erat, vno tātū famulo comitatus Lip
siā venit, ignotus ad ignotos, multo prolixius i
ter emēsus quā illi. Quippe distat a Lipsia Ingol
stadiū circiter Quinquaginta Miliaria Germa
nica: Vuitteberga vero tātū modo septē. Excepti
ergo sunt omnes & amice & honorifice, nō solū
à Senatu & Vniuersitate vr̄bis, verū etiā à Prīci
pe & Domino vr̄bis, Saxonie Duce Georgio,
Qui nō modo Cōsiliarios suos, pro seruāda vtri
que parti æquitate, adhibuit, sed & in Arce sua,
nequis tumult⁹ oriretur, disputantibus locū cō
cessit, atque etiā personali præsentia sua disputa
tionē honorauit: eos pro sua & grauitate & pru
dētia benigne admonēs, vt cauetēt ab omni a
marulentia verborū & scandalo infirmorū, solā
veritatem præ oculis habituri.

1. Tim. I.

1519
*Disputatio
Eckij cum
Carolstadio.*

ACTA ET SCRIPTA.

Primum igitur congressi sunt Eckius & Carolstadius, de libero Arbitrio hominis disputaturi: solenniter protestantes ambo, quod ab Ecclesia Catholica nusquam, ne ad latum quidem digitum, discedere velint, nec eruditorum iudicio præire, nec Vniuersitatū autoritati præiudicare. At non inuenit ibi mortuum in Eckio Leonem Carolstadius, vt iactitauerat Lutherus, sed virum ingenio & alacritate longe magis viuicum, quam erat Carolstadius: memoria autem viuacitate ac singulari bono, etiam Lutherum ipsum superabat, eruditione præterea & intellectus acumine neutri eorum cedens. Cum quo sane Carolstadius diebus aliquot decertas, multo plus laboris quam laudis reportauit. Erat enim D. Eckio in omnibus longe inferior. Quod agre ferens Lutherus, in festo Apostolorum Petri & Pauli, sermonem habuit ad populum in sacello Arcis. In quo sane, cum frequens haberet auditorium, palam & acriter perstrinxit, tum Papæ autoritatem, tum clauium potestatem, nõ absque offendiculo multorum. Vnde factum est vt paulo post D. Eckius eum sermonem Lutheri (qui per Typographos quoque euulgatus est) reprehenderit publice, dum secunda die Iulij, in festo Visitationis Mariæ, concionaretur ad populum in Parochiali Ecclesia Diui Nicolai. Carolstadio autem ex disputatione iam fesso & exhausto, successit in certamen Lutherus, die Quarta Iulij vsque in diem XIII. Longa tamen Consiliariis Principis Georgii cum Luthe

ro dissertatio fuit, priusquam disputationem cū Eckio iniret. Diu enim reluctabatur, se certis submittere Iudicibus: magis enim appetebat iudicium vulgi & confusa multitudinis, quam Doctorum in Vniuersitatibus. Cum autem nullo prætextu honeste recusare posset, consensit tandem (sed inuitus & iratus) in Iudices Parisienses & Erphordienfes facultatis Theologicae. In hos sane, quod apud eos in literis educatus, plus notitiæ & fauoris haberet quam Eckius: apud illos vero, quod offensos nuper * in causa Capionis, atque in priuilegiis Cleri Gallicani, speraret approbaturus potius impugnatoris, quam propugnatoris Rom. Ecclesiæ partes: Maluisset tamen Poetas Theologorum irriiores, & plebem Cleriosorem, quam quoslibet Theologos causæ suæ Iudices habere.

* à Papa.

Videntes itaque Consilarii Ducis Georgii vultum eius iracundum, admonuerunt, vt nihil per iram, sed omnia modeste ageret, ne scādalo fieret auditoribus. Tum ille ira victus, prorapit in apertam confessionem secreti sui pessimi, dicens, Non propter Deum hæc res cœpta est, neque propter Deum finietur. Illi autem, ne ludibrio fieret orbi proclamata illa disputatione, hoc verbum dissimulantes, mitigabant animum eius, vt iuxta promissum cum Eckio disputaret. Disputatum est itaque ab illis & acriter & copiose, primum de potestate & primatu Rom. Pontificis. Deinde de Purgatorio, de Indulgentiis, de Pœnitentiâ & de Absolutione sacerdotis. Sed

Disputatio
Eckij cum
Luthero.

*Ex actis di-
sputationis.
Lipſice.*

longe alia tunc erat Luthero & mens (nisi omnia simulauerit) & vox de rebus illis quã paulo post Nam & ipse protestationem, quam alii duo præmiserant, approbabat & amplectebatur, Et de Rom. Ecclesia longe reuerētius loquebatur quã postea: adeo, vt non solū Latine, verum etiam Teuthonice sententiam suam declarans, diceret. Se non impugnare, nec Christiane à quocumque impugnari posse, primatum & obedientiam Rom. Ecclesię. Nec derogare se pontifici quicquid tribuitu rei. Cumque inter disputadū ex verbis suis suspectus haberetur, tanquam fautor & patronus Bohemorum schismaticorum, Quemadmodū D. EKcius palam ei obiciebat Ipse mox interstrependo Teuthonice iratus dixit, hoc mentium esse. Deinde maturius respondendo, id ipsum velut grauem cōtumeliam à se reiiciens, sic dixit. Nunquã mihi placuit, nec in eternum placebit, quodcūque schisma inique faciunt Bohemi: quod se autoritate propria separant à nostra vnitate, etiam si ius diuinū pro eis staret, cum supremum ius diuinum sit charitas & vnitas spiritus. Petebat igitur ab Eckio, ne velit impingere tantam contumeliam, vt eū Bohemum faceret, quia sibi semper inuisi fuissent: ideo, quia ab vnitate dissentiant. Denique cum de purgatorio quoque extranea & scandaloſa diceret, quasi de eo nihil habeatur in scripturis: Vnde suspectus fiebat de Græcorum & pighardorum (qui purgatorium negant) heresi Ad remouendam à se suspicionem illam, dixit

*De purgato-
rio.*

xit publice. Ego, qui credo fortiter, immo au-
 sim. dicere, scio, purgatorium esse, facile per-
 suadeor, in scripturis de eo fieri mentionem:
 Quemadmodum illud Matthei inducit Gre-
 gorius in Dialogis. Non remittitur neque in
 hoc sæculo, nec in futuro: Volens peccata
 quædam remitti in purgatorio. Admitto &
 illud Machab. 2. Sancta est & salubris co-
 gitatio, pro defunctis exorare &c. Lassato
 tandè Luthero, Eckius intrepidus et infatigabi-
 lis Carolstadio rursus in arenam progredienti
 congressus est die XIII. Iulii prouocatus ab il-
 lo eadè hora, qua cessauerat Lutherus. Vt homo
 peregrinus, à suis tū libris, tū amicis notis lōge
 positus in regione longinqua, si non possit ar-
 gumentis vinci, saltem labi retādem et cauillo-
 rū fastidio delassatus, ex arena cederet, ac victi
 speciem præberet. Rursus igitur impetitus est
 de libero Arbitrio hominis. Cui paradoxum i-
 stud adiunxit aduersarius ille: Iustum in omni
 opere bono peccare. Sed paucorū dierum fuit
 ea disputatio. Mox enim cessatum est, die XV.
 Iulii, et tota causa Iudicibus commissa. Domum
 itaque redierunt Vuittembergenses, egregie qui-
 dem honorati Lipsiæ cum aduenissent, sed lon-
 ge minori cum gloria quàm sperauerant, Vuit-
 tembergā, redierunt. Non enim crediderant,
 tantum esse Eckiū, quātū experti sunt. Cū ergo
 parū fiduciæ haberēt ex vine vocis disputatione
 ad libellos refugerūt, mox ædētes velut victricē
 censurā suam, antequam scirent, quid Iudices

*Matth. 12.**2. Machab. 12.**Finita disputa-
tatio die 15.**Iulii.*

Georgius Spalatins.

ab vtraque parte electi iudicaturus essent: Quamuis Lipsiæ cautum fuisset, ne quid illius disputationis æderetur, antequam sciretur, quid visum foret Iudicibus. De Erphordiensibus quidem nihil in publico cõstat, quidnam cõsuerint. De Parisiensibus vero dubitare nõ licet, quin pro Eckii parte iudicauerint, qui paulo post, censuræ suæ, qua Lutheri 104. propositiones dånauerunt, publicæ ædiderunt testimonia. Lutherus verò irarum & querelarum plenam ædidit epistolam ad Spalatinum suum, qui Friderici Ducis Electoris & a sacris & a secretis erat, ac pro illo multa secreto egerat. In qua sane scriptum complurima, à veritate longe aliena, sicut in responsione sua Eckius demonstravit. Eius initium ita habet. Historiã famosã huius disputationis, quam Lipsiæ habuimus, Optime Spalatine cupis nosse. Ait eam disputationem fuisse perditionem temporis, non inquisitionem veritatis: Et quantum in Eckio fuit, nullum fere scopum fuisse tactum. Aut si tactus sit, nõ nisi notissimis & vulgo proculcatis argumentis certum fuisse. Deinde in Lipsenses inuecturus, ait. Non mihi, sed sibi imputabunt, si tangantur & ipsi, quos par gloriæ studium, & inueterata iam diu inuidia coegit, pro Eckio contra nos machinari non bonas machinas. Cõfitebatur tamen optimæ illi Vniuersitati se nihil debere, quam omnem honorem & omne officium, dütaxat inuidiam quorundam displicuisse sibi. Quãuis vero laudaret ibi Ducem Georgium, quod ue-

Querela Lutheri de disputatione Lipsica.

re Principali clementia & munificentia nihil o-
miserit, quod ad felicissimum illius disputatio-
nis fructum facere possit: omnia cauens & mo-
nens, vt modeste & veritatis querendæ studio
ageretur, multa tamen in Cõsiliariorũ eius sug-
gillatione queribundus adiunxit. Primo ruptũ
est, inquit, pactũ, quo inter Eckium & nos con-
uenerat, vt libere disputaretur, & excepta per
Notarios in publicum totius orbis iudicium æ-
derentur. Illi autem statuerunt, ne excepta per
Notarios æderentur, nisi Iudicibus nominatim
& communiter electis oblata, accepissent senten-
tiam, Quasi orbis & cuiusque optimi viri iudi-
cium parum sit. Alteram machinam fuisse ait,
Cum Carolstadius libros secum attulisset, illos
statuisse pro Eckii voluntate, libros domi relin-
quendos esse, ac solius memorię & linguę viri-
bus ac libertate disputacũ. Cum vero sibi obiice-
retur, quod conventioni non pareat, nec fœdus
seruet, disputationem ædens ante decretum iu-
dicium, ita respondit. Quasi vero vllum pactum
nobis vnquam seruauerint ipsi: Addens, se con-
uenisse, ne disputatio euulgaretur, quæ manu
Notariorum excepta fuit: Verum ne præterea
scriberet, se non pepigisse. Ducem tamen Geor-
gium rursus laudans ait, illum prudentissime
ambos verberantem dixisse, Siue hoc sit iure di-
uino siue humano, Rom. Pontifex est & manet
summus Pontifex: Ita vere dixisse & non leui-
ter, inutilem illam disputationem ipsorum, in-
signi hac modestia taxasse. Lutherus igitur,

*Accusat
Lutherus
D. Eckium*

qui pro summo bono habebat multitudinis applausum, cum Lipsiæ populo minus plausibilem fuisse disputationem suam sentiret, omnem iram in Eckium: qui uellet victor, aut certe Luthero par, Carolstadio que maior, in ore omnium uersabatur, effudit, innumeris illum diuerberans conuitiis, per multos uariosque libellos, & epistolas. Ausus eum etiam ad Leonem X. grauissime palam accusare: tanquam Eckii mendaciis, simulationibus & technis, omnia ubique fuerint turbata & exulcerata Hic est (inquit) ille hostis tuus, mi Leo, seu potius Curia tua, qui onus supra uires suscipiens, dum gloriam suam furiose captat, ignominiam Romanam in totum orbem reuelat. Huius unus exemplo discere possumus (inquit) non esse hostem adulate nocentiorum. Quid enim sua adulatione promouit, nisi malum, quod nullus Regum promouere potuisset? Fœtet enim hodie nomen Romanæ Curia in orbe, & lingua et Papalis autoritas, famosa in scitia male audit. Quorum nullum audiremus, si Eckius Caroli Militiæ & meum de pace consilium non turbasset. Scripsit de disputatione illa epistolam quamdam Hieronymus Emser: uir apprimè & disertus & eruditus: ad Pragensis Ecclesie Administratorem, D. Ioan. Zackium, cum audisset, Bohemos uane gloriari, quod partes eorum defendisset Lutherus. In qua sane epistola, quam modestissime ac æquissime rei gestæ ueritatem prosequutus, citra omnem Lutheri iniuriam

*Epistola Emseri
ad Administratorem
Pragensem.*

riam atque detractionem, asseruit, illum non de
fendisse partes Bohemorum, sed palam contra
dixisse: Eckium vero fortissimum Theologum
acriter defendisse propositiones suas. Lutherus
autem, siue quod nactus interim fuerat ex Bohe
mia libros Ioannis Huss, cui impensius fauebat
siue ignominiam suam reputans, quod Eckius
diceretur fortissimus Theologus, scripsit mox
petulantissime Venationem quandam in Capri
cornū Emseri (Hoc enim insigne pro armis à
maioribus suis habebat Emser) Tot sane conui
tiis exuberantem, tot scommatis mordacem, tot
calumniis acerbam, vt Emser magis obrutus
quàm inuasus videretur. Qui tamen paulo ante
honorifice susceperat illum conuiuio Dresdæ.
Hac sane cautela utebatur Lutherus, vt aduer
sarios suos mox fragosa conuitorum ingemi
natione ac strepitu absterrere, & omnibus ridē
dos præbere studeret. Sic enim ait ad Leonem
X. In hoc ipsum tanto spiritu sum tumultuatus
vt eos, quos mihi longissime impares esse vide
bam, magnitudine & impetu tam verborum
quàm animi compescerem. At stratagemate hoc
suo fortem Capricornū illum, neq; in fugam, ne
que in latebras coëgit: Quin venatorem istum
robustum, Nymbrotum Saxonici, ita repulit ac
repercussit ille, tum multis aliis ei grauitèr obie
ctis, tū illo grauissime, quod Lipsiæ inter Cōsilia
rios Ducis Georgii constitutus, audierat ex ore
Lutheri, Rem istam non esse propter Deum
cœptam, nec propter Deum finiendam.

*Venatio Lut.
in Capricornū
Emseri.*

*Luth. in 2. e.
pistola ad Leo
nem X.*

C

*Sceleratum
dictum Luth.*

*Victus ab
Emsero
Lutherus.*

*Instantia
Lutheri de
Carolo à Mil-
titz, secū tra-
ctante de pa-
ce.*

Quo sane ictu fama Lutheri apud bonos gra-
ter sauciata fuit: praesertim, cum ad eum ictu
Lutherus tam diu taceret, nihil reclamans,
mussitans quidem, sed callide dissimulans
conscientia, per menses xx. Quamuis inter-
uarium ei esset, cum Emsero æditis libellis
tamen. Nulli enim aduersariorum sapius qu-
illi respondit. Tandem ubi sapius propter
bum illud ab amicis compellaretur, vt tam-
uem suspicionis notam à se reiiceret, scrip-
Teuthonice quendam libellum, quo menda-
arguere conabatur Emserum, sed meris fu-
& nugis, nullo argumento solido, inani exci-
mationum Rhetoricarum tinnitu. Mox itaq-
conuincit nugas eius Emser certis testibus, Ju-
ficationemque futilem ipsius Chirographo
Tetzellium, aliisque grauiter obiectis repres-
& Monachum quamlibet uerbosum ibi proli-
obmutescere coëgit. Peracta autem disputati-
ne, Carolus Miltitius, vt pacis componend-
laudem ex patria sua Romam apportaret, ite-
tentauit ad silentium redigere Lutherum.
enim de hoc ita gloriatus est ad Leonem x. Ni-
hil (inquit) hac disputatione promouentibus
nobis, nisi maiorem confusionem Romanæ ca-
sæ, iam tertio Carolus Miltitius patres Ord-
nis Capitulo congregatos adit: consilium peti-
componendæ causæ, quæ iam disturbatissima
& periculosissima esset. Mittuntur hinc ad me-
cum uiribus in me (Deo propicio) non sit spes
grassandi, aliquot celebriores ex illis, qui petunt

vt saltem tuæ Beatitudinis personam honorem
& literis humilitatis excusam innocentiam &
tuam & meam : Esse adhuc rem non in ex-
tremo desperationis loco , si Leo X. pro sua
innata bonitate manum admoueret. Et post
pauca. Leges pacis summo Pontifici rebel-
lis Monachus præscribere ausus , subiun-
xit. Porro Palinodiam vt canam , Beatissime
Pater , non est quod vllus præsumat , nisi ma-
lit adhuc maiore turbine causam inuoluere.

Deinde leges interpretandi , verbi Dei non
patior , cum oporteat verbum Dei esse non
alligatum , quod libertatem docet omnium
aliorum . His duobus saluis , nihil est quod
non facere & pati possim , ac libentissime
velim : Contentiones odi , neminem pro-
uocabo , sed prouocari rursus nolo , prouo-
catus autem , Christo magistro , elinguis non
ero. Interea Principes Electores Francofordiæ
ad Mœnum , cōgregati , defuncto Maximiliano
Cæsare , in locum eius fœliciter elegerunt nepo-
tem ipsius , multorum regnorum ac prouinciarū
Principem potentissimum , Carolū . V. In Hispa *Electio Caro-*
niarū regnis tunc procul degentem . Ad quem *li V. Imp.*
fane , cum iuuenis admodum esset , circumueni-
endū , & in partes Lutheri trahendum , multæ
quærebantur vario prætextu occasiones : adeo ,
vt Lutherani certissimū sibi persuaderēt , Caro-
lū totū fore Lutheranū , lætabatur merita Du-
cis Saxonie , Friderici Electoris : Spargebatur cri-
minationes in Ro. Pontificem eiusque Legatū

quod cupientes eligi Regem Franciæ, & clam
& palam detraxerint Carolo: Ædebantur con-
uitia libellique famosi in Papam, in quosdam
Episcopos & Theologos. Tum Lutherus ipse
suorum consilio fretus, scripsit ad eundem Ca-
rolum epistolam simulata humilitate, odio-
sisque In aduersarios querelis accurate depi-
ctam: Addens etiam oblationem, seu prote-
tionem, haud minus & fictam & calumniatri-
cem: ut sibi gratiam: Papæ ac Theologis odio-
rum Cæsaris rum Aulicorum eius, atque a
deo totius populi conciliaret, æditis in lucem
huiusmodi libellis. Ait igitur in epistola
illa, post captatam blanditiis beneuolentiam. Ad-
diti sunt à me nonnulli libelli, quibus multo-
rum & magnorum mihi conflaui inuidiam
& indignationem, ubi duplici debui præsidio
tutus esse. Primum, quod inuitus in publicum
veni, nec nisi aliorum vi & insidiis proditus,
scripsi quicquid scripsi: nihil unquam maio-
ribus votis expetens, quam ut in angulo meo
laterem. Deinde quod testor mea consci-
entia, ac optimorum virorum iudicio, non
nisi Euangelicam veritatem studui euulgare,
aduersus superstitiosas humanæ traditionis o-
piniones. Propter quam tertius iam finitur fer-
me anus, ex quo patior sine fine iras, contume-
lias, pericula, & quicquid possunt mali excogi-
tare. Frustra veniã peto, frustra silentiũ offero, fru-
stra paciã cõditiones propono, frustra erudiri
meliora postulo. Vnũ est, quod in me paratur,

*Epistola Lut.
ad Carolum.
V. Aug.*

*Ficta humili-
tas Luth.*

tātū vt extinguar cum vniuerso Euāgelio: Cum autem omnia frustra tentarim, visum est tandē, exēplo S. Athanasi, Imperatoriā Maiestātē inuocare, si forte Dominus dignetur per eam suæ causę adesse. Et in protestatione sua, Sed ne hoc quidē promoui (inquit) quod me sæpe numero & multiphariam obtulerim (vt filius supplex & obediēs Sāctę Ecclesię Catholicę, qualis, Deo Opt. Max. adiutore, mori volo) taciturū, si per meos aduersarios liceat, omnium Vniuersitatū nō suspectarum cognitionem & sententiam passurum, coram non suspectis Iudicibus, sacris & prophanis, sub fide publica, idonea & sufficienti, conductu libero, & libenter & humiliter cōpariturum, eorumque cognitionem & sententiam accepturum. Multę id genus querimonię spargebātur in vulgus, nō solum à Luthero ipso, sed etiā à cōplicitibus eius, maxime à Pœtīs & Rhetoribus plarisque, qui Theologis & Monachis oppido infesti erant, non solum propter Lutherū: sed etiam propter Ioānem Capitonē & Erasmi Roterodami: viros sane eruditissimos, & de literis liguisque magnifice meritos quibus, nō nihil caue et cōtentionis erat cū illis Sed & Iurecōsulti nō pauci ac Aulici, qui opib⁹ autoritate & gratia pollebāt, pro Luthero cōtra Ecclesiasticos multa, non tam scriptis libris quam epistolis & sermone, tum clam ad aures Principum, tum palam ad populum agebant, ac gliscens Laicorum in Clericos odium, suis detractioni us callide adaugebant. Maxi-

Cij

*Fautores
Lutheri.*

Vlricus Huttenus.

me vero incendebat animos, non modo Procero-
rum & Nobilium verumetiam Civium & Ro-
sticorum, Vlricus Huttenus, Eques Germanus,
vir & nobilis familiae, & acerrimi ingenii. Qui
& antea, prius quam Lutheri nomen orbi notum
esset, multa pro libertate Germaniae, contra pe-
sionum quaestus & citationum vexationes, quibus
Ro, curia Germaniam grauari videbatur, scripse-
rat: non solum carmine, verumetiam soluta
oratione vehemens & acer. Is tum adiderat Tri-
dem Romam. libellum quidem parvulum: sed
mire festivum & inventionis ingeniosae argu-
mento Laicis admodum plausibilem & accep-
tum. Quo sane effecit, ut nihil aequae inuisum esset
Germanis complurimis ac nomen Ro, Curiae
& Curtisanorum.

Frias Ro.

*Acta & scripta Lutheri, Anno Domini
M. D. XX.*

*Liber Luthe-
ri ad Nobili-
tatem Germa-
nie.*



Am occasionem nactus Lutherus, cepit scribere Teuthonice
Reformationem quandam, ad
Carolus Quintum iam tunc Cae-
sarem electum, & ad Christianam
Nobilitatem Germaniae, In qua
sane, ut omnium mentes a Rom. Pontifice, &
ab eius Curia ac Iurisdictione alienaret, quam
diligentissime recensuit pompas & abusus Ro.
Curiae, odiosissime traducens quicquid ibi re-
prehensibile vel esset vel saltem videretur: Su-
peraddes praeterea calumnias nec leues nec pau-